Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eundiectis simul cū eis a facie
sunce nauigare cessare usq;
adnesciem: a iugo messis di
cam messoribus. Colligite prim
ueniam a alligate eā fasciculos
ad burendū: facā autē
congregate in horreū meū. ℣.
Salus populi ego Dō. xiii.
Sum dicit dūs deq; quacūq; tri
bulacōe clamauerint ad me exaudi
am eos et ero illorū dūs in perpetuū
ps. Adtendite popule meus legem meam
inclinate aures vestras in ore meum Ps
Misereatur nostri deus noster benedicat
nobis adiuuet nos et misericordiam suam
ad nos ostendat. Ps. Ad ephesios.
Fratres: Renouamini spiritu mentis
vestre: et induite nouum hominem qui
secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis.
Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem unusquisq;
cum proximo suo: quia sumus inuicem membra. Irascimini
et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram.
Nolite locum dare diabolo.
Qui furabatur: iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est
ut habeat unde tribuat necessitatem
patienti. Gradual. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo dne. ℣
Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Alla ℣ Deceat dei scriptura
decet dnm exaltauit me S. Mathi
Illo t: Ascendens ihs in naviculam transfretauit et venit in
ciuitatem suam. Et ecce offerebant
et paraliticum iacentem in lecto
Et videns ihs fidem illorum dixit
paralitico. Confide fili: remittuntur
tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic
blasphemat. Et cum vidisset ihs
cogitationes eorum dixit. Vt quid
cogitatis mala in cordibus vestris
Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata a dicere surge et
ambula: Vt sciatis autem quia filius hominis habet potestatem in terra
dimittendi peccata tunc ait paralitico. Surge tolle lectum tuum
et vade in domum tuam. Et surrexit
et abiit in domum suam. Videntes
autem timuerunt et glorificauerunt
deum qui dedit potestatem talem hominibus. Off. Si ambulauero in medio
tribulacionis viuificabis me dne et super
iram inimicorum meorum extendes manum
tuam et saluum me faciet dextera tua.
Sec. Hec munera quesumus dne